ut non aliquos habeat dies se sequentes quibus posset fieri prima sed ipsa una maneat
caelesti lucae perennis; unde bene propheta uisionem huius diei sitiens unam eam
eam uocat dicens; quia melior est dies una in atriis tuis super milia; cum ergo octa
uam in scripturis legimus · sciamus misticae & diem & aetatem posse intellegi ·
quia & dn̄s octaua di e id est post septimam sabbati resurrexit a mortuis · & nos
non solum post · vii · uolubiles huius sc̄li dies · sed etiam post sępe memoratas · vii aetates · In octaua
aetate simul & die resurgemus quae uitae dies in se quidem ipsa mansit semper manet
& manebit aeterna; sed nobis tunc incipiet cum ad eam uidendā meruerimus in
trare · ubi quo actu occupantur sci perfecta sp̄s & carnis inmortalitate renouati
testatur psalmista quidō per laudem amoris canit ·; beati qui habitant in domo tua
dn̄e in sęculum sc̄li laudabunt te; quo uisu delectentur idem consequenter exponit;
& enim benedictionem dabit qui legem dedit ambulabunt de uirtute in uirtutem
uidebitur dī deorum in sion; quales ad hanc uenire possint ipsa quae est ueritas
& uita testatur dn̄s; beati mundo corde qm̄ ipsi dm̄ uidebunt ·;

Ergo noster libellus de uolubili ac fluctiuago temporum lapsu descriptus oportunū
de aeterna stabilitate ac stabili aeternitate habeat finem quem rogo si qui lec
tione dignum ratique fuerint me suis in p̄cibus dn̄o commendent pariq · apud dn̄m
& proximos quantum ualent agant industria ut post temporales caelestium acti
onum sudores aeternā cuncti caelestium pręmiorum mereamur accipere
palmā ·;

EXPLIC · DE SEPTIMA ET OCTAUA AETATE
SAECULI FUTURI ·

Per annos singulos hora et x momentis · et dimidio momenti · et nona decima parte
dimidii momenti necesse est augeri · et ob id harū mensura particularū minus
habet a senis horis annus giri lunaris excursus · Quā obrē et cautius dicendū
putauimus non absolute dimidia hora · sed dimidia circiter hora ·
mstruā accensionē · tardius fieri solere annuū quoq; lunę accensionē quinq;
ferme horis serius existere · ut saltum lunę non tam horā per ann quemq; s&
momenta aliqt particulasq; minores doceremus ēē secernendas · Quin scilic&
saltus per annos quatnos modo quo sup docuim quinis horis & paulo plus
quā binis solet accrescere momentis · Hāc & crebra ebolismor interruptio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0302